

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Cyziceni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

¹² animam significantes, Leonis os hians facere confuerunt. Hujus factoris ergo, Martialis videtur A muliebre pudendum Leonem appellasse eo versu:

Quare si pudor est Ligella, noli
Barbam vellere mortuo Leoni.

Taxat enim eam, qua cum vetula eset, pilos vellere pertentaret: & alii lupanar olidum dixerunt. Quanquam non desint, qui loci hujus interpretationem longius accersitam, ad Cenchrenas, quas Leones Nicander appellavit, referant: hujusmodi enim serpentis morsu sanguinem exorbent, & genitale: semen ex pretiosissima sanguinis decoctione fieri Medici consentiunt, unde dixit Juvenalis:

Accipiat sanc mercedem sanguinis.

MERETRIX. CAP. XXI.

Sane meretrices per Leænam nomen intelligi, multis veterum sententiis & monumentis constat.

Tale aliquid habes apud Aristoph. Lystrate in juramento sceminarum, *Non slabo Leana in Tyro-*
en/si. Hujusmodi petulantia causa Ezechiel Hierosolymam Leænam vocat, & Heliachim catulum ejus, qui
ductus est in Ægyptum. Alium rursus catulum Joachim, quem in cavea, ut Septuaginta ediderunt, Nabu-
chodonosor Babylonæ traduxit. Michael Byzantius
meretrices quasdam ex Megara Sphinges appellatas
ait, quod humano capite manuetudinem pra se fer-
rent, ceterum corpore reliquo Leonino, rapacitatem
& imperium, quod in amatores exercent, indicaret.
Et Megarica Sphinges in opprobrium dici solitum de
meretricibus, ob impuros scilicet mores Megarensium,
quos veteranus scriptores omnes damnant. Facit
ad hanc rem veteris Poeta senariolus admodum ve-
nustus:

Ιονν Λεαίνης καὶ γεναικός ω μόης.

Par est Leana & famine crudelitas.

Sed & ante urbem Corinthum Veneris erat templum, juxtaque Laidis tumulus, cui Leæna simulacrum appositum videbatur, ariete inter priores pedes apprehenso: quod nimurum petulantiam
eam indicabat, qua præcipue lascivium arietes: de quibus loco suo diximus.

TACITURNITAS. CAP. XXII.

Leæna vero elinguis simulachrum ex ære, quod Athenienses flatuere, Iphicratæ opus, ex effigie quidem Leæna, meretricis nomen, ex lingua vero defectu, taciturnitatem ejus indicabat.

Cum enim Armodius & Aristogiton de liberanda a tyrannis patria consilium iniissent, conjuratio delata eset, comprehensam illi Leænam scortum eorum utriusque admodum familiare, ad mortem usque tormentis variis excruciarunt, ea tamen constantissime omnia pertulit, nec quemquam prodidit, supra fameam imbecillitatem fortitudinis admirans & memorandum exemplum: quam Athenienses, ut honoribus honestarent, ne scortum tamen celebrare viderentur, ejusdem nominis animal ob taciturnitatem elingue, erigendum decrevere. Constantissimum meretricis hujus exemplum citat Tertullianus, quo nostri animosiores fierent, cum levè adeo de causa reperta sint vel mulieres, quæ tam forti animo pro amicorum salute non solum tormenta parvi fecerint intolerabilia, sed ipse suum ipsæ cruciatum auxerint. Nam hac eadem, ut ille ait carnifice jam fatigato postremo linguam suam comedam in faciem tyranni sevientis expuit, ut expueret & vocem, ne conjuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset.

CYZICENI. CAP. XXIII.

Si quis vero incidat in monetam, qua Leonis imaginem ex una parte habeat, ex altera vero Cybelem deorum matrem, sciat eam esse Cyzicenorum pecuniam, quæ celebris admodum est, ob id, quod



A quod pulcherrime sculpti erant, & quod pro xxviii. drachmis Atticis imputabantur, qua summa ducales aureos duos reddit, & aliquantul plus: una enim argenti drachma Marcelli Veneti pondus æquat. Atque hi sunt Cyziceni statueres, qui rem egregie factam indicabant.

Magorum porro supersticio considerata Leonis alacritate pernicioſiſimoque curſu, mustelæ dentem Leonino corio adalligatum, ad pedum tumorem atque adeo imbecillitatem adhibere commenta eſt; id quod apud Lucianum Tychiades ridet, orta inter Cleodemum & Dinomachum medicos contentionē, uno eorum Leoninum, altero Cervinum corium præferente, ut per incantamenta Eucrati laboranti amuleum aliquod apponenterent. Controversia vero omnis inter eos eſt, dum ille fomentum aliquod miserabiliter implorat, utrum Cervus a Leo magis pedibus valeat, atque eorum uter alacriori feratur curſu. Merito igitur Virgilianus ^{a En. lib. 5} Æneas, tergum Getuli immane Leonis dat Salio, velocitatis præmium, qui primam in ſtadio coronam meruerat, niſi dolo Niſi fuſiſet interturbatus,

HERCULANUS LEO QUID. CAP. XXIV.

B **Q**uid vero ſibi velit Herculanus Leo, magis diuulgatum eſt, quam ulio ſit opus commento la-
tius declarare. Illud tamen non omiferim, Herculem illum Ägyptium, qui cum Osiride, ut An-
tiquitatum scriptores tradunt, Italianam ab amarillimo Gigantum jugo liberavit; per Leonem intelli-
gi, neque quemquam aliam. Plures enim Hercules fuſile, & Arrianus, & Diodorus historici prodice-
re: hunc autem omnium primum Leonis insignia gestas tradunt. Ceterum Heraclitus Ponticus,
superatum ab Hercule Leonem ideo ſingi dicit, quia Argivus ille, de quo Græci plurima ſcripferunt,
Hercules, furorem illum, quo ex atra bili plurimum laboravit, tandem edomuerit. Satis enim explo-
ratum eſt ex iis, quæ anteā dicta ſunt, animal id per ſemetipſum immoderatis animis excitari. Sunt
tamen ^b qui per Herculem myſtice Solis lumen intelligent: Leo vero cum Soli dicatus fit, manife-^{b Macrobi.}
ſtum eſt quid ſibi velit Hercules & Leo. Nam & hinc Jubari ſtellæ nomen, qui Phosphorus eſt, quod ^{lib. Saturn.}
^{lib. 1.e. 20.} ſplendor ejus in modum Leonina juba diffunditur.

VIRTUS. CAP. XXV.

C **U**tcumque vero Leoninum ſpolium virtutis hieroglyphicum eſt, eaque de cauſa Herculi dica-
tur, quem pro virtute veteres poſueri, ideoque Diogenes ^{c Apud D.} conſpicatus quendam eo ornatu
ſibi glorioſe placentem, exclamavit: *Equivid virtutis indumentum vituperas?* Sed enim non Leonis
tantum, verum alterius etiam animantis gestare pellem, heroicum fuſile morem, didicimus ex Apol-<sup>Lærtium
in Diogenes.</sup>
lonii commentarii, ubi Poeta ſcribit:
Δέργα δὲ οὐεὶ ταῖς εργοῖς πεδίωνες ἀμφ' ἔχετ' ὄψες.
Et apud Virgilium ^d Evandrus:
Demissa ab leva Panthera tergatorquet.

VIRES CEDERE

SAPIENTIAE.

^c Diogenes
^d Cynico.
^e Diogenie
^f dillum.
^g lib. 8. Anti-
^h ochi num se

D IN Antiochi numo vides Leonem quendam pro-
pemodum humi procumbentem, & supervolantem
Noctuam, quod nonnulli vespertinum crepusculum
indicare arbitrati ſunt: quippe cadente Sole, noctem,
D quam per avem eam intelligi volunt, exurgere. Ego
vero per hujusmodi hieroglyphici ſigmentum ſignifi-
care crediderim, vires cedere ſapientia. Nam per
Leonem Robur, per Noctuam Minervam intelligi, ſuis
locis commentaria hæc oſtendere. Ejusdem argu-
menti eſte puto Leonem in numo, cuius inſcriptio eſt,
M A H T O N, qui anterioribus pedibus inclinat ad
humum, ſuperne vero caduceus exporrigitur, ut ſeili-
cet id oſtentat, vires quantumlibet feroces, ſapien-
tum eloquentia cedere. Numum vidi apud Maffaos
Romæ. Quod vero ſignum Junonis Argis ſpectab. itur
palmita redimitum, ſubiecto pedibus ejus corio Leo-



B 3

nino.